



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1551. usque ad annum 1553

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118561**

§. 2. Orientalium literarum inscriptio ad Papam.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66577](#)

Sæcul. XVI. die decima quinta Februarii ad Pontifi-  
A.C. 1553. cis alloquium admissus eidem demanda-  
tæ potestatis literas tradidit, quæ  
nomine sui Cleri, ac Primorum ex po-  
pulo scriptæ anno præcedenti millesimo  
quingentesimo quinquagesimo secundo  
datæ fuerant.

## §. II.

*Orientalium literarum inscriptio ad  
Papam.*

*Spond. l. c.* Hæ literæ juxta stylum Orientalibus  
*Masson. in* familiarem summum Pontificem  
*Jul. III.* præprimis amplissimo honorabant elo-  
*Ciacon. l. c.* gio, tenoris sequentis: *Patri Patrum,*  
*& Pastori maximo, concinnanti mitras,*  
*ungentique Sacerdotes, & cingenti Zo-*  
*nis, Petro temporis nostri, ac Paulo die-*  
*denti universum cætum Christianorum,*  
*qui es loco Christi Domini nostri. Tu*  
*sedes in Sede alta, & sublimi Principis*  
*Apostolorum, tenentis claves regni cele-*  
*stis, cui ore suo salutari Dominus noster*  
*dixit, quidquid ligaveris in terra, erit*  
*ligatum & in cælo, & quidquid solve-*  
*ris in terra, erit solutum & in cælo:*  
*& super eum fundavit Ecclesiam suam,*  
*adversus quam portæ inferi nibil vale-*  
*bunt in generationes: nunc porro iibi*  
*eam dedit Christus Deus noster, & Sal-*  
*vator*

vator noster, ut sedeas super eam. Tu Sæcul. XVI.  
item es fons vivus, cuius aquæ non de- A.C. 1553.  
ficiunt: & quisquis sitiverit, æquum  
est, ut ex te bibat aquas vitales, ut sedet  
sitim suam. Tu es lucerna, quæ non  
extinquitur, sed illustrat omnes creatu-  
ras, ut candela, quæ est supra candela-  
brum: & ut Joannes Baptista, qui po-  
suit dexteram suam super caput Christi  
Dei nostri: & in te videt lumen univer-  
sa Res publica Christiana, quæ est proles  
Ecclesiæ sanctæ. Tu es murus fortis ci-  
vitatis, & matris Civitatum Romæ ma-  
gnæ, quam piscatus est Princeps Disci-  
pulorum Petrus, & prudens Architectus  
Paulus, qui lumen præbuerunt omnibus  
hominiibus distentis, atque implicatis er-  
rore Satanæ. Tu es caput omnium Pa-  
trum, sicut erat Petrus caput omnium  
Discipulorum: cui ut est data sedes alta  
& sublimis in terra, sic bis ultimis tem-  
poribus alta, & excelsa est sedes tua,  
ipsa Roma magna, & celeberrima. Vo-  
cantes se autem pupillos absque Patre,  
petierunt a Julio, ut, quem elegerant  
in pastorem, confirmaret, & consecra-  
ret, adiicientes, quia Sacerdotium no-  
strum a priscis temporibus a Roma est,  
quæ est Sedes Petri, ac dolentes jam an-  
nis trecentis viam fuisse ab Agarenis in-  
terclusam, quo minus Romanam ire pos-  
sent. Huic epistolæ ejusdem generis  
Hist. Eccles. Tom. XL I. M m aliam

**Sæcul. XVI.** aliam addiderunt Nestoriani illi , qui  
A.C. 1553. eundem electum Patriarcham Romanam  
 abeuntem comitati fuerant Jerosolymam  
 usque.

### §. III.

#### *Historia de electione , atque itinere hujus Patriarchæ.*

*Onuphr. in Jul. III. vi-  
 de Bzovium  
 hoc anno.* Præfati Nestoriani , etsi nomen Nestoriani , nequaquam tamen illius errores retinebant , sed illos plusquam trecentis abhinc annis ejuraverant. Hi quidem ex primævo usu Patriarcham suum ipsimet eligabant , hancque consuetudinem per plura sæcula conservabant , nihilominus circiter ante centum annos hæc dignitas in eadem familia hæreditario jure propagabatur , suffragante audacia cujusdam Patriarchæ , qui primo huic usui derogare coeperat , demum vero ejusmodi ausibus opitulabatur aut socordia , aut virium imbecillitas illorum , qui violentæ huic usurpationi jam in suis incunabilis fese fortiter opponere negligebant : Defuncto veteri electionis jure actum fuerat ; quamvis enim postremus hic Patriarcha , cum adhuc viveret , Filium suum sibi successorem in Patriarchatu destinasset , omnes tamen Ecclesiastici æque , ac Laici